




ARDINI
Nazionale
Firenze



ORATIONES
SPIRITUALES
GUIDIZIO GENERAL
SAECULI. XV.
GUICCIARD
3
4
25
Biblioteca Naz
Centrale - F












Sold by Evans, March 1815
£3.3.0

GO-



Two pieces

Pinelli 887. Et. 8. V
5798 D. 1. V.

1. Orationes Spirituales ex variis auctoribus Saeculi XV. 4to

libellus vetustate aeque ac elegantiâ praestantissimus Charactere Romano eximiae formae impressus est, atque numeris, signaturis et custodibus: constat foliis duobus ac viginta, quorum primum incipit "Confiteor Deo Patri &c" postremum desinit "hic et in futuro saeculo Amen:"

2 Questo e il Giudizio Generale che tracta de la fine del mondo quando Iesu Christo venirà a judicare li boni e li rei:

V. Panzer II. P. 546 no. 832.
Audiffredi P. 419.
Denis Suppl. P 579.

Character est I. de Bencken, constat libellus foliis 4.

Sec. XV



CONFITEOR DEO patri oĩpotẽti. filio. & spiritui sãcto. beate Marie sẽp uirgini. btõ Michaeli archangelo. btõ Iohãni baptiste. btõ Iohãni apostolo & euãgeliste. sãctissĩs apostolis Petro & Paulo. btõ Marco euãgeliste btõ Laurẽcio. btõ Ieronĩo. btõ Nicolao. btõ Bẽedicto. btõ Antoĩo. atq; btõ Frãcisco. btẽ Marie Magdalẽe. btẽ Katherĩe atq; btĩssĩs uirgĩbus & martiribus Vrsule & sociabus suis. & tibi pater: Quia peccaui nimis ĩ decẽ preceptis legis. qbus non obediui. neq; seruaui. scilicet. deũ sup oĩa diligẽdo. toto corde. tota aĩa mea. atq; tota mente. & proximum meũ tãq̃ meipsũ: Peccaui ĩ duodecĩ articulis fidei. qbus ut debui pfecte non credidi: Peccaui ĩ septẽ opibus misericordie. que ut debui nõ exercui: Peccaui ĩ septẽ sacramẽtis ecclesie. que digne ut debui nõ recepi: Pccaui ĩ septẽ doĩs spiritus sãcti. ad que recipienda ut debui

nõ me prepaui: Peccaui ĩ regula & cõstitutiõibus mei ordĩs . & maxĩe ĩ obedıẽtia.castitate. & stabilitate mõasterii et pauptate. ad que obseruãda uolũtarie sũ professa.uel professus: Peccaui ĩ septẽ dõis spũs sãcti.que nõ digne recepi: Peccaui in septẽ pctĩs mortalibus uidelicet. supbia.ĩuidia.ira.accidia.gula auaricia.et luxuria.atq; uana gloria: Peccaui ĩ quĩq; sẽsibus corpis mei.uidelicet. uisu. auditu. gustu. odoratu. et tactu.de multis bonis que facere potui et nõ feci.de multis malis a quibus abstinere debui et non abstinui: Vnde de istis et oĩbus aliis pctĩs meis confiteor me grauiter peccasse.p supbiã ĩ lege dei mei: Multa mea mala.cogitatiõe.delectatiõe.omissiõe.cõsẽsu.risu.uisu.uerbo Corde. Ore.et Opere.dico meã culpã. meã maximã culpã: Ideo deprecor beatissimã et gloriosissimã sẽp uirginẽ Mariã.oẽs sãctos et sãctas dei.et te patrem orare p me. ad dominũ Ihesũ xpistũ:

CONFITEOR TIBI domine rex pater celi et terre. et gloriose uirgini sēp Marie. Petro & Paulo atq; beato Marco euāgeliste. & oībus sanctis. oīa peccata mea. & qcquid pietas dei ad meā memoriā reducere dignetur. de cogitationibus meis iniquis. de sermonibus & tēporibus ociosis siue inmūdis. & de oībus operibus que ego contra precepta dei feci:

Confiteor tibi domine. quia ego peccaui nimis corā te. corā āgelis & sanctis tuis: Peccaui p negligētiā mādatorū tuorū: Peccaui p superbiam & elationē siue inanē gloriā: Peccaui p fornicationē & adulteriū: Peccaui per inuidiam & odiū: Peccaui p auariciam & cupiditatē: Peccaui p gulā & edacitatē: Peccaui p furtū et rapinā: Peccaui

p falsũ testimoniũ et mẽdaciũ : Peccaui
per detractionem et murmurationem :
Peccaui p luxuriã et libidinem: Peccaui
etiã p pollutionẽ uigilãdo atq; dormi-
endo: Peccaui p iuramẽtũ et cõtẽtionẽ :
Peccaui p rixas et maledictiones: Pecca-
ui p stultiloquiũ et p occiosas fabulas:
Peccaui p pigriciã et accidiã: Peccaui p
suauitatẽ mẽtis mee. et p desideria car-
nis mee ĩ õnibus modis :Peccaui p ma-
liciã et blasphemiã: Peccaui p ĩpaciẽtiã
Peccaui p uotũ pmissũ et nõ solutum :
Peccaui p crimina siue peccata confessa
et nõ emẽdata sed iterum multiplicata:
Peccaui ĩ quinq; sensibus corpis mei sci-
licet uisu auditu gustu odoratu et tactu
Domĩe sãcte pater oĩpotẽs eterne deus
De õnibus criminibus meis dico meã
culpã. quia peccaui in multis peccatis
que ego cogitare memorari nequeo nec
numerare possum : De istis et de aliis
peccatis que ego uolens aut sciens uel
nesciẽs cõtra uoluntatem dei feci : Tibi

Ihesu xpriste facio cōfessionē meam. de omnibus dico meā culpā meā maximā culpā: Supplico tibi o uirgo gloriosa sācta Maria: O uos ōnes sācti et sācte dei intercedite ꝑ me peccatore uel peccatrice, ad dominum deum meū patrē Ihesū xpristū filiū eius et spiritū sāctū procedentem ab utroqȝ:

Domine Ihesu xpriste qui celū et terrā fecisti, et totum mundū pugillo cōclusisti: Respice queso domine me miserꝫ uel miseram peccatorē uel peccatricē; quia tot sūt peccata mea, quot sūt stelle celi et arene maris, quas nullus homo numerare pōt, nisi tu piissīe pater: Da mihi domine spatiū penitentie, et nūq̄ iterū peccata cōmittendi quando fuit intentio peccandi: Da mihi domine ignē tui amoris, spē, fidē, caritatē, humilitatē, paciētiā, obediētiā, castitatē et pauptatē uolūtariam, pseuerantiam bonā, et dilectionē dei et proximi: Vt ualeā uīcere hostē uisibilē et īuisibilem

timere & diligere dominū nostrū Ihesū xpristū, qui uiuit & regnat per infinita seculorum secula:

O Ihesu creator, et redemptor: O Ihesu saluotor humani generis. parce michi inobedienti tuis preceptis et de tuis donis que michi donasti: O benedicte Ihesu: O benigne Ihesu. pce cordi meo uacuo de tuis deuotioībus. & pleno de multis illicitis sollicitudinibus huius fallacis seculi: O dulcissime Ihesu atq; suauissime. parce mēti mee. quia de te meditari neglexit. et contra sollicitudinē nimis: O Ihesu desiderabilis: O Ihesu inenarrabilis. pce ligue mee. atq; labiis meis ligatis ad laudandum nomen tuum sollicitis & iniquis uerbis: O Ihesu bone & gaudiū cordis mei. parce oculis meis clausis ad uidēdū iustitiā. aptis ad īiquitates uanitates & multa uana. O Ihesu īenarrabilis & īcōprehēsibilis Ihesu. pce auribus

meis obduratis ad audiēdū uerba salu-
tis, aptis ad audiēdū fabulas et īiquita-
tes : O altissime Ihesu & potentissime
Ihesu, per tuam īcōprehensibilem mi-
sericordiam, sine aqua lacrimarū meaꝝ
lauari non potest multitudo peccatorū
meorū : O domine Ihesu qui es iubi-
latio cordis mei, quādo respitio mag-
nitudinē benefitiorū tuoꝝ, quā ꝓ me
operatus es, et ecōtra multitudinē īiq-
tatū mearū, que contra me sunt, quasi
quedā desperatio accidit de salutis ue-
nia anime mee, ūde sicut orphanus, N.
uel orphana, N. sine patre & matre de-
relictus uel derelicta sum, tamen non
desperans, et habens aliquid argumē-
tum uiuēdi sub tua protectione et pie-
tate, cogito, sentio, et uideo, quod illud
misteriū et īmēsā misericordiā tuā, quā
deus pater operatus est, p unigenitum
filium suum Ihesū benedictū, hoc est
carnē de carne mea assumere dignatus
ē, et fecisse quasi cōtra naturā, quoniā

ipse ē īmortalis. & fecit se mortalē sup lignū crucis. et qua causa. certe ꝑ salu-te nostra: O gloria ī altissīs deo. quāta spes. et fuit fiducia magna. que michi accidit propter dulcedinē amoris tui. O Ihesu bone quod opatus es ī nobis:

DOmine Ihesu xpriste gloriose & benigne cū corde apto te peto & desidero. quia tu es adiutor meus. fortis & pius pater. sicut dixisti in euangelio. Oīs enī qui uenit ad me nō eiciā foras. O domīe queso recipe me penitentē qa peccaui nimis. O domīe Ihesu saluator salua me. munda me. laua me. & aīam meā a maculis munda. quia sine te la-uari non potest aīa mea: Heu me. quia peccaui nimis. quoniā ꝑ me non ualeo lauari: Domine qui prospexisti me de sede sancta tua. & cogitasti de nobis ut lauares nos ab oī iniquitate nostra: O domīe Ihesu īmensa dulcedo & benig-nitas tua. aperuit nobis fontē aque ui-

ue ad lauãdũ maculas aĩe nostre. quo-
niã nos ĩquinauimus aĩas nostras cum
quĩq; sẽsibus corporis nostri: O domĩe
Ihesu disrũpe uĩcula ac maculas anime
mee. quia ꝑ me nõ sum sufficiẽs. nisi tu
domine adiuuas me: O domine Ihesu
scio enĩ ꝙ ꝑ tuam bonitatem disrupisti
michi quĩq; fontes largissimos de saxo
magno fluentes aquas: Heu michi qui
fuerũt illi fõtes in quibus fuit illa pe-
tra. Certe illa fuit. de qua dicit aposto-
lus: Petra autem erat xpũs: Quĩq; fon-
tes fuerunt quinq; uulnera xpĩ. de qui-
bus emanauit nobis sãguis & aqua lar-
gissime currẽtes. sicut scriptũ ẽ ĩ euãge-
lio: Erat autẽ sudor eius sicut gutte sã-
uinis decurrẽtis ĩ terrã. ꝑpter magnitu-
dinẽ peccatorũ meoꝝ. Heu me miserã
uel miserum. quomodo audeo preterire
unũ de minimis preceptis domini nos-
tri Ihesu xpristi. qui tantũ se humiliauit
propter me. Heu me quomodo potest
sustinere cor meũ tã durũ. et nõ scidit

ſe p mediũ. cõſiderãs creatorẽ meũ con-
fixũ ꝓpter me: Heu me. quomõ ꝓpter
carnẽ tu mẽs mea nõ alienaris. quãdo
uides redẽptorẽ tuũ. & lancea latus eius
pforatũ. felle & aceto potatũ: Heu me.
oculi. quomodo poteſtis coronã ſpineã
proſpicere in capite Ihesu benedicti. &
ſãguinẽ currẽtẽ ſup faciem eius deſide-
rabilẽ. & cooperiẽtem oculos ſuos pre-
claros. quos tenebre nequeũt obſcurare
Heu me. lingua mea atque labia mea.
quomodo nõ affixi ſũt inter uos dentes
mei. ꝓpter dolorẽ grauiſſimũ: Domi-
nus noſter Ihesus xp̃s fuit pẽdens in
cruce potatus felle & aceto: Vnde bene
conqueritur ſcriptura per Iheremiam
ꝓphetã dicentẽ: O uos õnes q̃ trãſitis
p uiam attendite & uidete. ſi eſt dolor
ſimilis ſicut dolor meus: O ponderoſe
dolor. qui peccata noſtra ſuſtinuiſti. &
portaſti: Domĩe Ihesu xp̃e fili dei uiui
miſerere mei p ſancta beneſitia. que p
me operatus es. nõ me pmittas domine

cõtra uoluntatẽ tuam facere: Domine Ihesu xpẽ qui me creasti ad societatem angelorum. nõ me pmittas tãgere iferno-rũ penas: Domine Ihesu xpẽ q gaciã sacri baptismatis michi donasti. & sig-nũ sãcte crucis triũphale ĩ frõtẽ ĩpres-sisti. non me pmittas cadere in manus ĩimici cũ his beatissimis signis tuis. un-de ualeã me defendere: Domine Ihesu xpẽ. manus tue fecerunt me & plasma-uerũt me. dicit Iob: Da michi domine ĩtellectũ. ut discã mandata tua. et ne p-das me: Miserere mei domnie. quia ĩ te speraui. quoniã sine te adiuuari nõ ua-leo. sicut dixisti: Sine me nichil potes-tis facere: Domine Ihesu xpẽ tu me cre-asti. adiuua me. quoniã sine te aliquid facere nescio. Si ĩiquitates obseruaue-ris domine, domine qs sustinebit. quo modo uadã. aut ubi reuertar. & ubi que-rã auxiliũ: O dulcissime Ihesu. ne dese-ras creaturã tuã. quia uideo q sine te auxiliũ habere nõ ualeo: Domĩe Ihesu

bone qui tãtũ fecisti ꝑ me. hoc residuũ adĩplere facias ĩ gloria sanctoꝝ tuoꝝ: Domine Ihesu da michi taliter opari. ut gaudere ualeã. ubi gaudii nõ ẽ finis: Domine Ihesu multa sũt peccata mea. ablue me queso: Memorare illius peccatricis cui dixisti. uade & amplius noli peccare: Sãctissĩe Ihesu. dic michi & dimitte anime mee õnia peccata mea: Similiter memorare scut latroni dixisti ĩ cruce. hodie mecum eris in paradiso: O domine Ihesu ab occultis meis peccatis preteritis. presẽtibus. & futuris: Fac me ꝑfectam habere cõtritionẽ. confessionẽ atq; plenã satisfactionẽ. ut ĩ die mortis mee ualeã audire illã dulcissimã uocem tuã: Hodie. s. mecũ eris ĩ paradiso: Et mittere digneris sãctũ angelum tuum michi ĩ hac presẽti uita q me ad eternã tuã gloriã ĩ fine ualeat ꝑducere. amẽ

CRiste Ihesu uince in me omnia peccata. xpẽ regna ĩ me ꝑ fidem

& caritatẽ. xpẽ ĩpera in me. ut ĩ õnibus & p õnia omni tẽpore tibi laudabiliter & digne obedire merear: Qui ĩ trinitate pfecta p ĩfinita secula uiuis sẽp. amẽ

Lauda syon saluatorẽ. lauda ducẽ & pastorem. ĩ ympnis & canticis Quãtũ potes tantum aude. quia maior õni laude. nec laudare sufficis: Laudis thema specialis. panis uiuus & uitalis hodie proponitur: Quẽ ĩ sacre mensa cene turbe fratrũ duodene datum non ambigitur: Sit laus plena sit sonora sit iocũda sit decora mentis iubilatio: Dies enĩ sollẽpnis agitur. in qua mẽse prima recolitur huius institutio: In hac mẽsa noui regis. nouũ pasca noue legis. pasca uetus terminat: Vetustatẽ nouitas. umbrã fugat ueritas. noctẽ lux eliminat: Quod ĩ cena xpũs gessit. faciẽdũ hoc expressit ĩ sui memoriã Docti sacris ĩstitutis panẽ uinũ. ĩ salutis cõsecramus hostiã: Dogma datur

xpianis, q̄ i carnē trāsit panis, & uinum in sāguinē : Quod nō capis quod nō uides, animosa firmat fides, preter reꝝ ordinē : Sub diuersis speciebus, signis tātum & nō rebus, latent res eximie Caro cibus sāguis potus, manet tamen xp̄us totus, sub utraq; specie : Assumēte nō cōcisus, nō cōfractus nō diuisus ītegeг accipitur : Sumit unus sumūt mille, quātū isti tātū ille, nec sūptus absumitur : Sumūt boni sumunt mali, sorte tamen inequali, uite uel interitus : Mors est malis uita bonis, uide paris sūptionis, quam sit dispar exitus : Fracto demū sacramēto, non uacilles sed memēto, tātū esse sub fracmēto, quātū toto tegitur : Nulla rei fit scissura, signi tātū fit fractura, qua nec status nec statura signati minuitur Ecce panis āgeloꝝ factus cibus uiatoꝝ uere panis filioꝝ nō mittēdus canibus: In figuris presignatur cū ysaac ymolatur, agnus pasce deputatur, datur māna

patribus : Bone pastor panis uere . Ihesu nostri miserere . tu nos pasce nos tuere tu nos bona fac uidere ĩ terra uiuẽcium : Tu qui cuncta scis & ua les q̃ nos pascis hic mortales . tuos ibi cõmẽsales coheredes & sodales fac sãctoꝝ ciuiũ . amen :

SCio domine Ihesu xpẽ q̄ nõ sũ digna uel dignus accedere ad tãtũ misteriũ . ꝓpter nimia peccata mea & infinitas negliẽtias meas : Scio domine Ihesu xpẽ q̄ nõ sũ digna ut ĩtres sub tectũ meum . quoniã ꝓstrata est aĩa mea . uec habes apud me ubi tuũ caput ualeas reclinare . sed sicut uoluisti ĩ presepio reclinare . sic uero digneris animã meã ingredi . et sicut nõ dedignatus es intrare & cenare ĩ domo simonis leprosi benigne . O domine Ihesu xpẽ ita uero digneris ĩgredi domum cõtaminate anime mee . & sicut suscepisti similẽ peccatricẽ accedentẽ & tangentẽ te . et sicut

tradidisti os tuũ iude sordido & fetido deosculari. & sicut celestia labia contaminationis oris mei & peccatricẽ līguã meã nõ fastidias: Fiat michi domine pceptio sacramẽti corporis & sãguinis tui alienatio grauitatis multarũ mearũ offẽsionũ: Nõ enĩ quasi cõtinẽs accedo ad te domine Ihesu xpẽ. sed confidens de ineffabili pietate tua et bonitate. ne diucius pmittas me ligatã uĩculis maledicti diaboli. Ideo queso te qui solus sãctus es. domine sãctifica mentẽ meã cor meũ et renes meos. et meas miserias: Esto michi queso adiutor et susceptor meus: Dignare me a dextris tuis collocare. p ĩtercessiõnẽ ac preces intemerate uirgĩs matris tue Marie. et omniũ sãctoꝝ tuoꝝ. et sãctaꝝ tuaꝝ. qui tibi placuerũt ab ĩicio mũdi: Qui uiuis et regnas deus i secula seculoꝝ. amen:

DOmine Ihesu xpẽ ĩmensã clemẽciã tuã deposco pacientẽ. ut non

itaſcaris michi īdigne famule tue. pro eo ꝙ īmūdo corpe & mente domū tuā intrare. et ſanctū corpus tuū ac precioſū ſāguinē tuū ſumēdū accipe preſumo Sed recordare obſecro. quia mulierem fluxū ſanguinis pacientē quādo tetigit fimbriā ueſtimētoꝝ tuoꝝ curaſti. & nō probibuiſti illā peccatricē flentē & lacrimantē ac penitentem oſculari pedes ſāctos tuos. ita ne me domine pro īnumerabilibus peccatis meis & offenſionibus. ne me repellas domine a cōmunione tanti ſacramenti tui uelut dāpnatā. ſed cōcede michi agere penitēciā. & fontem habere lacrimaꝝ. ut ſyndone munda mūdato corde & corpe. non ad iudiciū & cōdēpnationem. ſed pura ac mūda conſciencia. ad remedium anime mee. et ad remiſſionē omniū peccatorū meoꝝ. Illud te miſerāte percipe merear piiſſime xpē. amen:

DEus dilecti et benedicti filii tui Ihesu xpī pater. ꝑ quē tui agni-

cionem suscepimus. deus angelorum &
uirtutū. & uniuerse creature. ac tocius
humani generis reformator. qui omnes
coram te uiuūt: Benedico te qui me in
hūc diē & ī hanc horā pducere digneris
ut pticeps existerē cōmunionis & cali-
cis xpi tui. et resurrectionis uite eterne
anime et spiritus mei p incorruptionē
spiritus asncti. In quibus in conspectu
tuo hodie tanquam sacrificium pīgue
et acceptabile fiat. sicut preparasti et
presignasti ita fecisti. uerus es tu et si-
ne mendacio. deus propterea te laudo
et glorifico p eternum patrem et ponti-
ficem Ihesum xpū dilectum filiū tuū.
p quē et cū quo tibi et spiritui sancto
gloria sit nūc et ī futuro seculo. amen:

O Pē parce michi. & miserere mei.
nō secūdū mea merita. sed secū-
dū magnā misericordiā tuā. noli me de-
spicere a pueris tuis. qa āncilla tua sū et
tibi seruire desidero: Suscipe me clemē-

tissīe domine sancte pater et deus uite mee. secundū eloquiū tuū & uiuā et nō cōfūdas me ab expectacione mea: Dilectissime xpē miserere mei deus quia tibi soli peccaui & malū corā te feci: O fons uite: O misericordissime domine q es lux de luce. illumina tenebras meas Domine da michi fontem lacrimaꝝ. & concede ancille tue in hac misera uita. penitenciā uerā agere de peccatis meis in bono opere perseueranciam. & felicē cōsumacionem. qualiter tibi placeat seruicium meū: Domine exaudi orationem meā: Inclina aurē tuam ad preces meas domine: Qui cū patre regnas sēp cum sācto flamine. amen:

TRansfige dulcissime Ihesu xpē medullas anime mee cū suauissīo ac saluberrimo uulnere amoris tui uulnera uiscera aīe mee uera & fraterna ac apostolica caritate. ut uere ardeat langueat & liquefiat anima mea. ī dei

ſemper amore & deſiderio tuo cupiat
diſſolui & eſſe tecum. da animã meã te
ſolũ ſemp̃ eſurire panem angelo℞ pa-
nẽ uite celeſtis, qui de celo deſcẽdiſti. &
das uitã mũdo. panẽ noſtrũ cottidianũ
& ſubſtãcialẽ habentẽ in ſe omne delec-
tamẽtũ. & omnis ſaporis ſuauitatẽ. te
inq̃ deſiderãt angeli ꝓſpicere. te ſẽper
eſuriat et cõmedat cor meum. et dulce-
dine ſaporis tui repleãtur uiſcera mea
ac anime mee. te ſemp̃ ſiciat cor meum
fontẽ ſapientie tue. fontẽ eterni lumi-
nis, torrentẽ uoluptatis, ubertatem do-
mus dei. te cogitet. te cupiet. te ſõpniet
te ſuſpiret. te ambiat. te querat. te ĩue-
niat. ad te tẽdat. ad te pueĩat. te medi-
tetur. te loquatur. omnia operetur in
laude et gloria nominis tui. cũ humili-
tate et diſcretione. cũ pacientia et pace
p̃fecta. et p̃ſeuerãtia uſq; ĩ finem. ut tu
ſis ſemp̃ tota ſpes mea. ſalus mea. fidu-
cia mea. dignitas mea. delicie mee. de-
lectatio mea. diſcretio mea. conſilium

meũ.desideriũ meũ.oculus meus.amor meus.honor meus.& gaudiũ meũ. studiũ meũ. sapiẽtia mea. thesaurus meus.ĩ quo solo firma & fixa & ĩmobiliter radicata sit semp mens mea.& cor meũ amen:

TV es deus meus & dominus meus.qui ꝑ me passus es. an forte alius. certe tu es ille qui cõdens omnia solus ante oĩa tẽpora.& sine principio genitus a patre. eterna et inuestigabili generatione. qui cum patre et spiritu sãcto unus es deus. ꝑmanẽs illud idem quod eras et es.inter unius puelle corpusculũ te clausisti factus homo.sicut uerus deus et homo es. sic enĩ ĩ uirginali utero hominem suscepisti.nec sine homine suscepisti.deus es.nec sine deo homo es. quãuis nec diuinitas sit humanitas.nec humanitas sit diuinitas. nõ sũt cõfuse nature.quãuis sit una et eadẽ ĩ tẽpore.tamẽ ẽ caro et frater meus. uere famem habuisti. sitisti.et fleuisti

meas īfirmitates habuisti sicut ego. sed tamē in te peccādi īfirmitas nō fuit nec defectus sicut in me sūt. nō enī peccare potuisti ut ego. in te fuit corporaliter ōnis plenitudo gracie. nō enī fuit data tibi gracia ad mensuram. tua enī anima stati cōiūcta īsepabiliter fuit diuinitati. ōnia pfecte sciuit & potuit. que ipsa potest diuinitas. quātum ad naturam diuinam que est in te. eterno deo patri equalis es. secundū humanitatē quam pro nostra salute ac redēptiōe assumpsisti. minor es patre. nec tamen eo ali. quod īcurris uituperiū. Tu nēpe es ille sup quē in iordane baptizāte Iohanne uox patris subito celitus intonuit. Hic est filius meus dilectus in quo michi bene cōplacuit ipsū audite: Tu nēpe es qui passus fuisti sub pontio pilato. & tercia die resurrexisti: Tu nempe es qui ascendisti in celum quadragita diebus preteritis post resurrexionē: Tu nempe es qui misisti spiritū sāctū ī discipulos

decima die poſt aſcēſionē: Tu nēpe es qui uenturus es ad iudicandū uiuos & mortuos & ſeculū p ignem. amen:

Pie Ihesu uirtus mea. refugium meū. ſuſceptor meus. & liberator meus. laus mea. ſalus mea. in quem ſperaui. ī quem credidi. quem dilexi & amaui. ſūma dulcedo. & turris fortitudinis. ſpes mea. uoca me deus iuxta te et ego reſpondebo tibi. opus manuum tuarꝫ. quod de limo terre creator oīm rerū formaſti. oſſibus & neruis cōpegiſti me uitam & miſericordiā moriens p tuā clemētiā michi tribuiſti. porrige michi domine dexteram celeſtis auxilii tui. & ne moreris. quia tēpus eſt ut puluis ī puluerē reuertatur. & ſpiritus redeat ad ſaluatorē ſuum. quia miſiſti illū. aperi illi ianuā uite eterne. quia p me ī ligno crucis pependiſti. et quia pmiſiſti coronā uigilātibus. ueni ergo dilecte mi ut teneam te. nec dimittā te. introduc me

me in domũ tuã . quia tu es ſuſceptor
meus.gloria mea.& exaltans caput me-
um.ſalus mea.benedictio mea.Illumĩa
oculos meos ne unq̃ obdormiã ĩ morte
nequãdo dicat inimicus meus preualui
aduerſns eam: Tedet animam meã uite
mee dimittam aduerſum me eloquium
meũ:Loquar ĩ amaritudine anime mee
dicã deo noli me cõdẽpnare: Egrota ſũ
& ĩfirmata eſt in pauptate uirtus mea.
oſſa mea ſicut in frixorio frixa ſunt. et
ideo ad te curro ſicut ad medicũ : Sana
me domine et ſanabor. ſaluam me fac
et ſalua ero.quoniã in te cõfidit anima
mea.et quid ego ſũ piiſſime deus. ꝙ tã
audacter loquar ad te . certe peccatrix
ego ſũ . et in peccatis ſũ tota genita et
educata. ac cadauer putridũ . uas ueti-
dũ.eſca uermium:Heu michi domine.
parce michi.et dimitte oĩa peccata mea
de ſtercore erigens pauperem : Peccaui
nimis ĩ uita mea.et malũ corã te feci .
nõ te cognoui .ingrata fui de tot bene-

ficiis tuis. non ut decet te laudaui. for-
te multociens ueritatem tacui. domine
miserere. domine miserere. cũ pulsasti
ad hostiũ cordis mei piger fui ut te re-
ciperẽ reuerenter. domine miserere. nõ
sũ digna ut ĩtres sub tectũ meum. quia
uerbis uanis os meũ ĩquinaui. mẽs mea
nõ semp fuit in testamẽto legis tue. Nõ
auerti oculos meos ne uiderẽt uanitatẽ
Aures meas ad uerba ĩutilia prostraui
Inquinaui manus quia ad proximũ nõ
ĩ pietate extendi. cum pedibus meis ad
ĩiquitatẽ cucurri: Sed tãtũ dic et uerbo
sanabitur aĩa mea: Domine miserere.
quia nõ sũ digna ut intres sub tectum
meũ. quia a planta pedis usq; ad uerti-
cẽ capitis non est ĩ me uirtus aliqua. &
nisi ĩ ligno crucis moriens me adiuues
aĩa mea digna erat habitare in inferno
ergo piissĩe Ihesu parce tantis peccatis
meis. quia pro me effudisti sanguinem
tuũ preciosissimũ. ideo nõ me refutas
Ego sum ouis que erraui require me

queſo. & pone me in aulibus tuis bone paſtor. ut iuſtificeris ĩ ſermonibus tuis tãtũ dic uerbũ & ſanabitur anima mea Tu namque promiſiſti quod quando-cumq; peccator ingemuerit ſaluus erit. dolens facta ſum & iniquitates meas ego agnoſco. & delicta corã me ſemper. & non ſum digna uocari filia tua. quia peccaui in te & in celũ. domine auerte faciem tuam a peccatis meis. & omnes ĩiquitates meas dele ſecundũ magnam miſericordiã tuã. ne proicias me a facie tua. neq; ſecundum peccata mea facias micbi. ſed adiuua me deus ſalutaris meus. & propter bonorem nominis tui benigne fac in bona uoluntate tua. ut ĩbabitẽ in domo domini oĩbus diebus uite mee & in ſeculum ſeculi. & cũ ba-bitantibus ĩ ea laudẽ te: Domine nõ ſũ digna ut intres ſub tectũ meũ ſed tãtũ dic uerbũ et ſanabitur aĩa mea. miſere-re mei domine:

Corpus domini noſtri Ibeſu xpĩ cuſto-

diat et cõseruet animã meam in uitam eternam. amen :

MIserere domine. miserere xpẽ per tuã misericordiã miserere mei. Miserere domine. miserere xpẽ ut bene rogẽ te. Miserere domine. miserere xpẽ ut exaudias me. miserere domĩe. miserere xpẽ ut spiritu sãcto tuo illumines me. miserere domine. miserere xpẽ ut sanctam uolũtatem tuam doceas me. miserere domine. miserere xpẽ ut ĩ caritate tua enutrias me. miserere domine miserere xpẽ ut credã in te. miserere domine. miserere xpẽ ut cognoscã te. miserere domine. miserere xpẽ ut diligã te. miserere domĩe. miserere xpẽ ut sperã in te. miserere domine. miserere xpẽ ut a morte ꝑpetua eripias me. miserere domine. miserere xpẽ ut de oĩbus peccatis meis uerã penitẽciã tribuas michi miserere domine. miserere xpẽ ut ab omni ĩmũdicia mẽtis & corpis liberas me. miserere mei domine. miserere xpẽ

ut fomitẽ libidinis extĩguas ĩ me. miſe-
rere mei domine. miſerere xpẽ ut ab ĩ-
ſidiis diaboli liberas me. miſerere mei
domine. miſerere xpẽ ut ab omni malo
liberes me. miſerere mei domine. miſe-
rere xpẽ ut ab õni ĩmũdicia liberes me
miſerere mei domine. miſerere xpẽ ut
aĩa mea uiuat ĩ te. miſerere mei domĩe
miſerere xpẽ ut uita mea exultet in te.
miſerere mei domine. miſerere xpẽ ut
anima mea ꝓficiat in te. miſerere mei
domine. miſerere xpẽ ut deus pater &
gloria mea uita mea. miſerere mei deus
miſerere xpẽ ut ſaluator. ſalus mea &
fortitudo mea. miſerere mei domine
miſerere ſpiritus paraclite conſolatio
mea & illuminatio mea. miſerere mei
domĩe deus trinitas & unitas. te laudo
te adoro. te glorifico teq; magnifico.
pax mea. ſpes mea. laus mea. lux mea.
pulchritudo mea. beatitudo mea. tibi
laus & gloria. tibi graciaꝝ actio ſemꝑ
& ubiq; amen:

IN presentia ueri corpis & sãgui-
nis domini nostri Ihesu xpi cõ-
mendo aĩam meã & corpus meũ. tuam
piissimam misericordiã humiliter de-
precãdo, ut cõcedas michi indigne pec-
catrici, de peccatis meis preteritis ĩdul-
gentiã. & de presentibus fugã & cõti-
nentiã. & de futuris securitatẽ et caute-
lam. in tua recta fide intellgientiam et
deuotã uolũtatẽ. in cũctis prosperita-
tibus huius mũdi sapientiã et humili-
tatẽ. in bonis opibus gracie tue pseue-
rãtiã. in oĩbus tribulationibus et pres-
suris meis integrã pacientiã et ueram
caritatẽ. oĩbus amicis et specialiter pro
quibus deprecare teneor misericordiam
et gloriã sempiternã. et ĩimicis meis si
quos habeo recognitionẽ et indulgẽtiã.
pariter oĩbus nobis spacium penitẽtie
et emendationẽ uite. gratiã sancti spũs
et pseuerantiam ĩ bonis operibus. cuius
corpus et sãguinem adoramus in terris
Qui uiuis et regnas deus ĩ celis. amen;

Domine deus da cordi meo te desiderare. desiderando querere. querēdo īuenire. īueniēdo amare. amādo mala redimere. & redimēdo nō iterꝝ reiterare. da domine cordi meo spiritū cōtritionis. oculis meis fontē lacrimaꝝ manibus meis elemosinā largiri. O rex meus & deus meus extingue ī me desideria carnis. & accende ī me amorē tui sanctissimi nominis. Redemptor meus expelle ī me spiritum supbie. & cōcede michi propicius thesauꝝ humilitatis tue. Saluator meus amoue a me furorē ire tue. & indulge michi benignus sereū pacientie. Creator meus euelle a me omnē rancorem. & largire michi mentis dulcedinē. Da michi clemētissime pater solidā spē. cōgruā caritatē et cōtinuam Rector meus auerte a me uanitatem. mentis īcōstantiā. cordis uagationem. oris scurrilitatē. oculoꝝ elationē. uētris īgluuiem. obprobria proximoꝝ. scelera detractorū. curiositatē uirginū. diuitia-

rum cupidinē.potētū rapinā.īanis glo-
rie appetitum.ipochrisis malū.adula-
tionis uermē.cōtēptū īopū. oppressio-
nem debilium.auaricie ardorē. inuidie
rubiginē.blasphemie mortē. Reseca in
me factor meus temeritatē iniquā. pti-
naciā.īquietudinē. occiositatē. sōpno-
lentiā. pigriciam. mentis ebetudinem
cordis cecitatē.. sensus obstinationem
mo℞ truculenciam.boni inobedientiā.
cōsilii repugnationē.ligue efrenationē
paupe℞ predā.impotentū uiolentiam.
īnocentū calūpniā. subdito℞ negliētiā
circa domesticos. seueritatem aduersus
familiares & īpietatem : Deus meus.
misericordia mea te oro p dilectū filiū
tuum.da michi misericordie opera.pi-
etatis studia.cōpati afflictis.succurrere
miseris.subuenire egenis.cōsolari mes-
tos.releuare oppressos.pauperes recrea-
re.flebiles refouere.debitoribus dimit-
tere pcere ī me peccātibus.odientes me
diligere.p malis bona reddere.neminē

despicere sed bonorare. bonos imitari. malos cauere. uirtutes amplecti. reicere uicia. in aduersis pacientiã. custodiam oris. & hostium circũstãtie labiis meis. terrena calcare. celestia sitire. amen.

SVmme & uere pontifex qui te obtulisti deo patri uerã hostiã ĩ ara crucis pro nobis peccatoribus. qui dedisti nobis carnẽ tuã ad mãducãdũ. & sãguinẽ tuũ ad bibendũ: Rogo te p sanguinẽ tuũ preciosum nostre salutis preciũ. doce me p spiritũ sanctũ tuum hodie sumere tantũ misteriũ ea reuerentia & honore. ea diligẽtia & timore quibus oportet & decet: Fac me queso p graciã tuã semp illud de tanto misterio credere & intelligere. sentire & firmiter retinere. dicere & cogitare. quod tibi placeat. & expediat anime mee: Intret spũs tuus bonus in cor meũ. qui sonet sine strepitu membrorum. loquatur quod placitũ sit corã te: Propter imẽsam cle-

mētiā tuam concede michi sacramenta corpis et sanguinis tui. puro corde et pura mente percipere: Libera cor meū ab inmūdis & nefandis cogitationibus Beatorū angelorꝝ pia et fida custodia atq; fortissima tutela hostes hominum bonorꝝ discedāt p uirtutē tanti misterii Et per manus sacti angeli tui repelle a me durissimū spiritū supbie. et iuidie. blasphemie. libidinis et īmūdicie. dubietatis et diffidentie. confūdātur qui me psequūtur. pereant illi qui me pdere festināt: Rex uirtutū. et amator castitatis et ītegritatis. celesti rore benedictionis tue extīgue in meo corde fomitē ardentis libidinis. ut maneat in me tenor tocius castitatis aīe et corpis. mortifica in mēbris meis stimulos carnis. omnesq; libidinosas cōmotiones. et da michi uerā et ppetuā caritatē. castitatē. cū ceteris bonis tuis que tibi placent in ueritate. ut seruitutem laudis tue. casto corpe. et mūdo corde. tibi cottibie ualeā

offerre. ſcio domine et uere ſcio. ꝙ non ſũ digna accedere ad tantũ ſacramẽtũ. ꝓpter nimia peccata mea et infinitas neglientias meas: Sed ſcio uere. & uere ſcio. & credo ex toto corde meo. & ore confiteor. quia tu ſolus potes facere mundũ de ĩmũdo cõceptum ſemine. & de peccatoribus facis ſãctos. p hãc potentiã tuã rogo te cõcede michi peccatrici hodie corpus & ſãguinẽ tuũ ſumere. cum timore & tremore. cum cordis puritate. & fonte lacrimaꝝ. cum ſpũali & celeſti gaudio. ſentiat mens mea dulcedinẽ beatiſſime preſentie tue. & excubias ſanctoꝝ angelorũ tuoꝝ ĩcircuitu meo: Rogo te domine p ipſũ ſanctum ſacramentũ. & miſticũ corpis et ſãguĩs tui miſterium: Da michi uirtutes tuas quibus repleta. bona conſcientia ad ſacramenta tua accedã. ita ut hec celeſtia ſacramẽta efficiãtur michi ſalus et uita Tu enĩ dixiſti ore tuo ſãcto et bẽedicto Ego ſũ panis uiuus qui de celo deſcẽdi

ſi qs manducauerit ex hoc pane uiuet
ineternū : Sana dulciſſīe domine. ſana
palatū cordis mei. ut ſentiat ſuauitatē
amoris tui . ſana eū ab omni languore
ut nullam preter te ſentiat dulcedinem
Panis cādidiſſime omne delectamentū
habēs. & omnē ſaporis ſuauitatem. qui
nos ſemp de te reficis. et in te nūquam
deficis. cōmedat te cor meū. et dulcedi-
ne ſaporis tui repleātur uiſcera anime
mee . manducat te angelus pleno ore.
manducat te homo peregrinus p mo-
dulo ſuo. ne deficere poſſit ī uia recre-
atur uiatice. Panis ſācte. panis uiue. pa-
nis mūde. qui de celo deſcēdiſti. et das
uitā mūdo. ueni in cor meū. et munda
me ab oī inquinamēto carnis et ſpūs.
Intra in animā meam. et ſanctifica me
interius et exterius . eſto michi tota et
continua ſalus corporis et anime mee.
Repelle a me undiqꝫ inſidiantes michi
hoſtes et recedāt procul a preſētia mee
penitētie. ut foris et ītus tua ptectione

munita te ducente ad regnũ tuũ pueĩre merear. ubi nõ miserabiliter agitur. sed facie ad faciẽ uidebimus te. cũ tradideris regnũ tuũ deo patri. & eris deus p oĩa ĩ omnibus. tũc enĩ me de te saciabis suauitate mirifica. ita ut neq; esuriam neq; sitiã amplius ĩeternũ. amen:

O Celsitudo humiliũ. & fortitudo fragiliũ Ihesu xpẽ qui ãte diem passionis tue fecisti tibi sollẽpne cõuiuiũ preparari. & cenaculũ grãde stratũ ut cum discipulis tuis mãducares. cum multo caritatis desiderio. unde cũ discũberes cum illis dixisti. desiderio desideraui hoc pasca mãducare uobiscum anteq̃ paciar: Cenaculũ grãde stratũ ẽ hodie sãcta ecclesia ĩ q̃ corpis & sãguĩs tui cõficitur sacramẽtũ. quod cenaculũ in cordibus electoꝝ edificas domũ spiritualiũ uirtutũ & carismatũ gratiarũ quas tuipse tibi preparas ĩ illis ĩ qbus cenas cum electis tuis qous ad eternas

beatitudinis ĩuitasti epulas: Oro glori-
ose domine Ihesu xpẽ. fac pectus meũ
cenaculũ stratũ . magnifica ĩ corde meo
fidẽ tuã. cõfirma spẽ. dilata caritatem.
multiplica gratiã. ut te capiat mẽs mea
preparata uirtutibus tuis. & te recipiat
cor cõtritũ & humiliatum prepara tibi
Ihesu ĩ corde meo. sine te nullus potu-
it aliquid. multo minus possũ ego pec-
catrix miserabilis . sed tu digneris do-
mine stare ad hostiũ mentis mee atq;
pulsare & aperire ianuã misericordie
tue ut aperias michi portas: ego misera
peccatrix non sũ digna ad requiẽ tuam
accedere. & sedere in mensa consilii tui
sed da michi sub mensa cadentes colli-
gere micas: Recordare ꝙ de longe ueni-
tur. si me ieiunã dimiseris deficiã ĩ uia
Supplico tibi domine Ihesu xpẽ. da
michi cum timore & gaudio spirituali
stare ubicũq; fuerit copis & sangnis tui
sacramẽtũ cõsecratũ cũ sũma referẽtia.
ubi sãcti angeli tui ministrant terrenis

celeſtia & humana iungũtur diuis: Da michi domine Ihesu xpẽ mente & corpe ĩ tãta reuerentia ſtare coram te. ut tue redẽptionis facias me eſſe participem. quotiens ad pceptionẽ corpis & ſãguis tui accedo: Precor dulciſſime domine ut nõ ſit michi ad cõdempnationem et mortẽ ppetuam. ſed p reuerentiam & gratiã ſanctitatis tue purifica me a peccatis meis. & iunge membris tuis. ut a te accipiam ſpiritum uite tue dignationis miſteriũ: Iterũ precor bonitatẽ tuã domine. ut nõ appareat cõfuſio & obprobrium ſpiritualis nuditatis mee: ſed indue me ueſtimento ſalutis. indue me domine tuo lumine. domine ſicut ueſtimẽtũ ſuccĩge meos lũbos cingulo caſtitatis. ut mẽte pura et caſta ad tremendũ ſacramẽtũ ſecura accedã. et largire michi illud ad indulgentiam. quia toti eccleſie offerre precepiſti. et ĩ eadẽ cena domine Ihesu xpẽ pedes diſcipulo℞ lauiſti. et oſtendiſti te michi puri-

tatis amatorē, et tanto zelo puritatem diligis. ut in electis non paciaris etiam pedum remanere feditatē ī corde: Domine Ihesu laua interioris mei homīs pedes, ut amoris tui & proximi inflāmata dulcedine. & a culpa purgata ad te pura mente accedā. ablue me in fine dierꝝ. ut inimici mei qui calcaneū meū obseruare cupiūt ī die mortis mee confusi recedāt. cū īdulseris michi omnia peccata mea usq; ad minimū quadrātē: Carissime domine tu dixisti apostolis tuis. Adhuc modicū tēpus uobiscū sū. queretis me & non īuenietis. & quo ego nadam uos non potestis uenire: Et quo uadis domine Ihesu dic nobis: Si ad mortē crucis uadis. & nos tecū pgemus: Si ad patrē uadis bene erit nobis. qa uadis parare nobis locū: O amātissīe domīe p crucē tuā salua nos: Precamur uale dulcissime Ihesu uale. dic nobis Ihesu ualete & uiriliter agite et confortamini: Loquere adancillas tuas dul-

cissime domine, et dic nobis uerba cõ-
solationis. qa tu ipse dixisti discipulis
tuis ãteq̃ ires ad passioně. uado parare
uobis locũ & iterũ ueniã ad uos et gau-
debit cor ueſtrũ et gaudiũ ueſtrũ nemo
tollet a uobis. & confortabimur. Bone
Ihesu osculare nos ãteq̃ eas ad passio-
ně osculo misericordie tue. osculo pie-
tatis. osculo caritatis. quod osculũ dul-
ce ẽ sup mel & fauum: Precor domine
clemẽtiã tuã. ut digneris me peruenire
in benedictionibus tue dulcedinis. ut
sciã p experiẽtiã quid queram. ut inter
mũdanas & uanas delectationes nõ pe-
ream. Ibi mea sit intentio & cogitatio
fixa ubi uera sũt gaudia. Signa dulcis-
sime Ihesu lumẽ uultus tui sup me quẽ
desiderat uniuersa terra. Dic aĩe mee
salus tua ego sum. Doce animã meam
sitire fontẽ uiuũ. & aquarũ uiuentium
desiderare habundãtiã: Da michi do-
mine toto corde. et pleno desiderio. si-
tiẽti animo ad te suspirare. et ĩ te dul-

cissimo et suauissimo respirare totum spiritũ meũ . et oia interiora mea ad te qui es uera beatitudo iugiter anhelare. Scribe domĩe uulnera tua ĩ corde meo precioso sãguine tuo. ut in illis legam tuum doloré pariter & amoré. ut illorũ memoria apud centrũ cordis mei pmaneat. et dolor cõpassionis ĩ me excitetur & renouetur . amor tue dilectionis in me accendatur & augeatur usque quo ueniam ad te desideratum thesaurum omnium gaudiorũ & bonoꝝ repletum ubi dolor oĩs effugiet . & omnis tristia exterminabitur . ubi amor ĩcrementum recipiet. & ĩenarrabilis letitia cõtinuabitur. quam michi domine et omnibus amicis meis atq; benefactoribus meis presertim . qui se meis orationibus cõmẽdauerũt cõferre digneris . qui es benedictus in secula seculoꝝ . amen :

OMnipotens sempiterne deus ecce ad sacramẽtũ unigeniti filii tui

domini nostri Ihesu xpi accedo. tāquā īfirma ad medicum. imūda ad fontem misericordie. ceca ad lumen claritatis eterne. egena ad dominū celi & terre. & nuda ad regē glorie: Rogo ergo imense maiestatis tue habūdantiam. quatenus meā digneris curare īfirmitatē. illuminare cecitatē. ditare pauptatem. uestire nuditatē. ut te panē angelorum. regē regū. dominū dominorum. suscipiā cum tanta reuerētia & tremore. & tanta cōtritione & tāto amore. tāta fide & puritate. tali porposito et humilitate. sicut expedit saluti aīe mee: O pater amantissime da michi gerere et suscipere nō solum sacramentum. sed et uirtutē sacramenti. da michi suscipere corpus unigeniti filii tui domini nostri Ihesu xpi quod traxit de maria uirgine. ut corpore suo mistico merear īcorporari. et īter eius mēbra cōmorari: Sit Ihesu dulcissime sacramentū corpis et sāguīs suauitas et dulcedo aīe mee. salus et sāctitas in oī

temptatione. pax et gaudium in omni tribulatione. lumē et uirtus ī oī uerbo et opere. solaciū et tutela finalis ī morte. amen:

Domīe sācte pater oīpotēs eterne deus da michi hoc corpus & sāguinē filii tui domini nostri Ihesu xpī sumere ut merear per hoc remissionem peccatoꝝ meoꝝ recipere. & tuo semper sācto spiritu repleri. amen: Fiat michi obsecro domīe Ihesu xpē hoc sacramētū ad uiscera misericordie. & ad gratiarū actionē salutis. & ad sanitatē anime & corporis mei. & remissionē omnium peccatorum meoꝝ. nō ad cōdēpnationē in die iudicii saluator. amen:

Domīe Ihesu xpē deus bone & benigne propicius esto michi peccatrici famule tue. & respicias me. non ad opera mea mala atque iniquitates multas. sed ꝓpicius misericordie tue recordare domine. & tribue michi īdul-

gentias de peccatis meis, ut accepto sa-
crosancto corpore & sanguine tuo non
ad iudicium. sed ad remedium aĩe mee
prosit michi in uitã eternã. te donante
q uiuis et regnas cũ deo patre ĩ unitate
spũs sãcti. amẽ:

COncede michi domĩe Ihesu xpẽ
ut sicut sacramẽtum corporis et
sãguĩs tui fidelibus tuis ad remediũm
cõtulisti. ita michi indigne famule tue
et omĩbus pro me sumentĩbus hec ipsa
sacramẽta nobis non sit ad reatum. sed
psint ad ueniã omniũ peccatorũ meorũ
amen:

PErceptio corpis et sanguinis tui
domine Ihesu xpẽ q̃ ego ĩdigna
famula tua sumere presumo. nõ michi
pueĩat ad iudiciũ et cõdẽpnationẽ. sed
p tuã pietatẽ prosit michi ad cõdimẽtũ
aĩe et corpis mei. p dominũ nostrũ. amẽ

DOmine Ihesu xpẽ fili dei uiui te
supplex queso et humilis, ut in

hac hora et in die exitus mei. sanctum corpus et sãctũ sãguinẽ tuũ cũ placita deuotione et digna reuerẽtia tibi fideliter ac feliciter percipere merear. quod michi sit dux uiaticum. & lucerna illuminãs aĩam meã usq; ante conspectum misericordie tue. amẽ:

DEprecor te domine Ihesu xpẽ p hec sacramẽta que suscipio. & p merita omniũ sãctoꝝ tuoꝝ. ut in oĩbus & p oĩa & sup omĩa te diligam. & sup omĩa dulcescat michi laus tua. & obseruãtia mãdatorũ tuoꝝ. & arescat michi ĩ oĩbus mũdus & omĩs cõcupiscẽtia eius amen:

Omnipotẽs sẽpiterne deus ꝓpicius esto michi peccatrici per assumptionẽ corpis & sãguĩs tui: Tu enĩ dixisti qui mãducat meã carnẽ & bibit meũ sãguinem ĩ me manet & ego in eo Ideo te xpẽ suppliciter deprecor. ut in me cor mũdũ creas. et spiritum rectum ĩnouas ĩ uisceribus meis. et spiritu pri-

